

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 29**

**Paulus <Diaconus>**

**[S.l.], [3. Drittel des 9. Jh.]**

De natale Domini: Evangelienlesung nach Lucas; beatus Gregorius papa:  
Homilie zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-20440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-20440)

conceptus est · quidē dō patre sine  
conceptione processit · Quodē  
dī est · solius patris est unigenitus ·  
Quod homo est · solius matris est filius ·  
Atque ideo illum · qui ex patre dī est  
et ex matre homo · hoc est dñm & homi  
nem · unum dñm confitemur ·  
Hoc autem totum factum est · ut & dī  
per carnem hominis · mysterium salu  
taris suscipere & passionis · Et homo  
per uirtutem dī · aeternitatis suae  
recipere & dignitatem · Nasitur  
itaque xps · & maria · ut & sexus fe  
minicus hominem dare · et dñm pro  
dere & integritas uirginalis · Nas  
citur xps & femina · ut sicut adam  
decipientem per eam diabolum non  
potuit praecauere · ita diabolus ad  
uentantem per mariam dñm · non  
deprehendere & esse presentem ·  
Parturit igitur femina salutem mun  
di · ut quae ex tunc erat fomes iniquita  
tis · fieret ministra iustitiae ·  
Et per quam mors sibi in hunc man  
dum aditum pate fecit · per eam  
ad nos uita haberet ingressum ·  
Atque ut ostenderet creator humani  
generis · utriusque se sexus curam  
habere · Et utrumque se uelle salua  
re · uir nascitur & procedit ex fe  
mina · Quatenus aduertemus ·  
nullam esse apud dñm · inter uirum  
ac feminam · in percipienda salute  
distantiam · Car autem non tota

deuotione credamus salutarem pue  
ram nasci potuisse de uirgine ·  
qui perfectum hominem credimus  
de puluere fuisse formatum ·

Exultemus ergo fr̄s & laetemur · cele  
brantes natalem dñi nostri ihu xpi ·  
quia in eius natuitate nos omnes  
natos sentimus ad uitam · Factus  
est enim homo · ut non sibi uiuere  
qui auctor est uitae · sed ut morte sua  
uitam redimeret mortuorum ·

Tantis enim uinculis humanum genus  
uinxerat inimicus · tantaque nos  
mole immanium presserat peccatorum  
ut nullus esset reditus ad salutem ·  
Nisi nasceretur illo · qui uitae pro  
pria aditum possit redire p̄ morte ·

**ITEM DE NATALE DNI ·  
LIC SCI EYA SIC LUCAM ·**

**I**n illo tempore · **E**x ut edictum  
iaculare augusto · ut describeretur uniuersus  
orbis · haec descriptio prima facta  
est · a preside syriae cirino · **E**t ibant  
omnes ut profiterentur · singuli in suam ci  
uitatem · **A**scendit autem · et ioseph  
agalilea de ciuitate nazareth · in iudeam  
ciuitatem dauid · quae uocatur bethleem ·

**E**o quod esset de domo & familia dauid · ut  
proficeretur cum maria desponsata ·  
uxore pregnante · **F**actum est autem  
cum essent ibi · implerentur dies ut pa  
reret · et peperit filium suum primogeni  
tum · & pannicula inuoluit · & reclinauit in  
sepulchro quia non erat locus in diuersorio ·

et reliqua ·

59  
OMEL BEATI GREGORI  
PAPAE DE IANDEM LECTIÖN



LARGI

ENTE DÑO.

missarum solle  
mnia ter hodie  
cælebraturisü

mus. loqui diu de  
euangelica lectione

non possumus. Sed nos aliquid  
uel breuiter dicere. redemptoris  
nostri natiuitas ipsa com pellit.

Quid est quod nascituro dño man  
das describitur. Nisi hoc quod aper  
te monstratur. Quia ille appa  
rebat in carne. qui electos suos ad scri  
beret in æternitate. Quo contra  
dereprobis per prophetam dicitur.

Deleantur de libro uiuentium. Et  
cum iustis non scribantur. Qui  
bene etiam in bethleem nascitur.

Bethleem quippe. domus panis in  
terprexatur. Ipse namque est  
qui ait. Ego sum panis uiuus.  
qui de caelo descendi. Locus ergo  
in quo dñs nascitur. domus panis  
ante uocatus est. quia futurum  
profecto erat. ut ille ibi per materia  
carnis appareret. qui electorum  
mentes. interna facietate reficeret.

Qui non in parentum domo. sed in uia  
nascitur. ut profecto ostenderet.  
quia per humanitatem quam ad su

pererat. quasi in alieno nascebatur.  
Alienum uidelicet. non secundum  
potestatem dico. sed secundum natu  
ram. Nam de potestate eius  
scriptum est. In propria uenit.  
In natura etenim sua. ante tempora  
natus est. In nostra uenit exem  
pore. Qui ergo æternus per  
manens. temporalis apparuit. alienum est  
ubi descendit. Et quia per prophetam dicitur.

Omnis caro foenum. factus homo  
foenum nostrum uestit in frumen  
tum. Qui de semetipso ait.

Nisi granum frumenti cadens  
inter terram mortuum fuerit. ipsu  
solum manet. Unde & natus  
in praesepio reclinatur. ut fideles  
omnes. uidelicet scã animalia.  
carnis sue frumento reficeret.

Ne ab æternæ intelligentiæ pa  
bulo. ieiuna remanerent.

Quid est hoc. quod uigilantibus  
pastoribus angelus appareret.  
eosque di claritas circum ful sit.  
Nisi quod illi praecederet uidere sub  
limia mererent. qui fidelibus  
gregibus pre esse. sollicitè sciunt.

Quumque ipsi pie super gregem ui  
gilant. diuina super eos gratia  
largius coruscet. Regem uero  
natum angelus nuntiat. eius  
que uoci. angelorum uoces conci  
nunt. Et congaudentes clamant.

Gloria in excelsis dō. Et in terra

pax hominibus bonae uoluntatis . . . Prius quippe quam redemptor noster per carnem naceretur . . . discordiam cum angelis habuimus . . . Aquorum claritate atque munditia . . . per primae culpa meritum . . . per cotidiana delicta <sup>longe</sup> distabamus . . . Quia enim peccando extranieramus ad deum . . . extraneo nos a suo consortio deputabant angeli ciues dei . . . Sed quia cognouimus regem nostrum . . . recognouerunt nos angeli ciues suos . . . Quia enim rex caeli terram nostrae carnis adsumpsit . . . Infirmi-  
tatem nostram . . . illa iam angelica celsitudo non despiciet . . . Ad pacem nostram angeli redeunt . . . intentionem prioris discordiae post ponunt . . . Et quos prius infirmos abiectosque despexerant . . . iam socios uenerantur . . . Hinc est enim quod loth. & iosue . . . angelos adorant . . . nec tamen adorare prohibentur . . . Iohannes uero in apocalipsi adorare angelum uoluit . . . sed tamen uidem hunc angelum . . . ne se debeat adorare . . . comperit dicens . . . Vide ne feceris . . . conseruus enim tuus sum . . . et fratrum tuorum . . . Quid est quod ante redemptoris aduentum . . . angeli ab hominibus

adorantur & tacent . . .

Post modum uero adorari refugiunt . . . nisi quod naturam nostram quam prius despexerant . . . postquam hanc super se adsumpta conspiciunt . . . prostratum sibi uidere pertimescant . . .

Nec iam sub se uelut infirmam contemnere ausi sunt . . . quam super se uidelicet in caeli rege uenerantur . . .

Nec habere dedignantur homine socium . . . qui super se adorant hominem deum . . .

Curemas ergo fratres karissimi . . . nequanos immunditia polluat . . . qui in aeterna praesentia <sup>praesentia</sup> & diuina . . . & angelis suis aequales sumus . . .

Uindicemus moribus dignitatem nostram . . . Nulla nos luxuria inquinat . . . nulla turpis cogitatio accuset . . . Non malitia mentem mordeat . . . Non inuidiae rubigo consumat . . .

Non elatio inflat . . . Non ambitio per terrena oblectamenta dilanet . . .

Quia et enim uocati sunt homines . . .

De fende ergo tibi homo contra uitia honorem dei . . . quia propter te factus est deus homo . . .